



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 8. Bellum Ludovici Andegavensis adversus Carolum de Dyrrachio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

unacum aliis Comitatibus relinqueret. **R**egina, ut Pontificis molimina everteret, ditionum suarum jura ad Ludovicum Andegavensem devolvit, eum adhortata, ut prompto auxilio eidem succurreret. Interea vero **C**arolus Dyrrachius Neapolim occupat, **O**ttonem Joannæ Maritum proditione aggreditur, capitque, tandem etiam subacto Castro-novo Reginam, quæ illuc cum Maria sorore sua confugerat, captivam abducit, & paulo post laqueo suffocari jubet.

§. VIII.

Bellum Ludovici Andegavensis contra Carolum de Dyrrachio.

Igitur Clemens VII. Andegavensem Ducem importunis precibus stimulat, ut in Italiam exercitu suo penetraret. Dux ille Gallici Regni habenas moderabatur, sub Carolo adhuc impubere, qui Caroli V., cognomento *sapientis*, die 16. Septembris anno 1380. fatis functi successor erat. Ergo ille An. 1382. cum valido mili-

te

*Laborat.
hist. Carol.
VI. l. 2. c. 8.*

te e Gallia movet, Siciliam occupaturus, demum Longobardiam per vagatur, & dum recta in Italiam per gere debuisset, ubi Urbanum capere, Joannam erga se tantopere beneficam, & Ottoneum Ducem ejus conjugem, a Carolo Dyrrachio in custodia detentos liberare potuisset; ille econtra Aprutium tendit, ibique Neapolis, Siciliæ, & Hierosolymæ Rex, nec non Provinciæ Comes proclamatur. Carolus autem Neapolimoratus, loca suæ potestati adhuc dum subdita, munitis firmari jubet, & Andegavensis copias lento bello consumere decernit. Nec confilio abfuit successus, nam anonnae, & pecuniæ defectus, ac graffantis huius violentia Ducis hujus copias adeo extenuabat, ut re infecta abire cogarentur; Ipse quoque vel sinistræ fortunæ tædio, vel pestilentiae morbo attritus, sive demum, ut quidam referunt, aquæ, quam ex fonte ab hostibus venenato hauserat, potu consumptus, Barii e vita migravit, die vigesima prima Septembris Anno

f 2 Domi-

Domini millesimo trecentesimo octo-
gesimo quarto.

Niem. de
schism. l. 28.
§ 29.

Cum vero Carolus vix non inter-
gro biennio Regnum hoc possedisset,
nec tamen juxta fidem datam Pre-
gnano Urbani VI. Nepoti promissos
Ducatus cessisset, Pontifex haud pa-
rum anxius, & Dyrrachium ad An-
degavensis partes deflexurum veri-
tus, ipsemet anno superiori Neapo-
lim pervenit, & Ferentinum usque,
exiguam status Ecclesiastici urbem,
progressus, Cardinales ad se venire
præcipit; his vero reluctantibus, eo-
rum contumaciam in acta referri
voluit, depositionis pœnam in eos
comminatus. Nihilo secius tamen
iter suum prosequitur, & sub initium
Octobris Aversam, oppidum Neapo-
lin inter, & Capuam situm, pervenit.
Carolus Papæ obviam procedens, &
præstito subjectionis obsequio equi
habenas stratoris instar manu tenens,
Urbanum præcessit, eundemque in
Palatum Episcopale, ubi resideret,
comitatus est.

§. IX.